MEDIZINISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt, 2. Drittel 15. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35478
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



6a particula

1 In diuturnis lienteriis oxiremia frequentes prius non existens signum est bonum
2 Quibus nares humide natura et semen humidum sanis egrius quibus non contraria salubris
In longis dissinteriis cibi abstinentia malum et cum se peius
Accumfluentia vulnera male consuetudinis mala sunt
Dolores in lateribus et in pectoribus et in aliis partibus si multum differant ad
ad distendendum mali sunt
Nefretici et circa uiscera dolores laboriose sanantur in senibus
3 Dolores et tumores circa ventrem existentes superiores quidem
leuiores non superiores vero fortiores
Ydropicis que nascuntur in corpore vulnera non facile sanantur
Late pustule non valde pruriginose facilius sanantur
Caput dolenti et circumdolenti sanies aut aqua aut sanguis defluens
sed aures aut sed os soluit egritudines
Melancolicis et nefreticis emoroydes innate bonum
Emoroydes sananti antiquas si non vna relicta fuerit periculum est
ydropisim fieri aut ptisim aut maniam
A singultu hito sternutatio superueniens soluit egritudinem
Ab ydrope hito secundum venas inuentre aqua fluente solo fit
A dyaria hito diuturna spontaneus vomitus superueniens soluit egritudinem
A pleuretice superato aut peripleumonia dyaria superueniens malum
In oculis paciente a dyaria accipi bonum est
Vesica incisam aut cerebrum aut cor aut dyafragma aut renes
aut intestinorum aliquod gracilium aut ventre aut epar mortale est